

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.  
Ad Exsequias Quas ... Puerulo Wienholdo Gerdes/ Filiolo primogenito uno  
parentes maestissimi parant, Omnium ordinum Cives suos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526360>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,

in W. Gerdes.

Rostock. 1650.

73.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777526360/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526360/phys_0003)

DFG




RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOACHIMVS STOCKMAN,**  
Phil. & Med. D. ac Prof.  
*Ad Exsequias*  
Quas  
Bellissimo Puerulo  
**WIENHOLD**  
*Gerdes /*

Filiolo primogenito unico  
Parentes mæstissimi parant,  
Omnium ordinum Cives suos serio  
ac diligenter invitari.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr;  
Anno M. DC. L.



**S**olidum gaudium gaudebat Dn. MARTINUS Gerdes cum ipsi ante tres quasi annos nasceretur Filius, quem <sup>oīce sūay</sup> <sup>πατέος σκίμνα</sup> Sapientes dicunt; & quidem primogenitus, quem primitias virtutum ac virium patris sacri Pandetet indigitant. Et quā aliter affectus esse debuissest? Euripides poëta quem <sup>πραγμάτων</sup> dixit naturæ genius Aristoteles, & cuius singulos versus singula testimonia Cicero putabat, gravissimè in Danae scriptum reliquit:

Φίσην μδὺ Φέγγυ<sup>Θ</sup> ηλίς τόδε  
καλὸν δὲ πόντα χεῦμ' ίδεν σήνεμον,  
μῆ τ' ιεριὸν θάλλωσι. πλόσιον Θ' ὕδωρ,  
πολῶν τ' ἐπαίνων εἴτι μοι λέξα καλῶν.  
ἄλλ' οὐδὲν ξτώ λαμπτεῖν, οὐδὲ ίδεν καλὸν,  
ώς τοις ἀποιστ, καὶ πόθῳ δεδηγμένοις,  
πάιδων γεωγνῶν ἐν δόμοις ίδεν φά<sup>Θ</sup>.

Gratum est hoc Solis jubat,  
Et amena visu tranquilla sunt aquora,  
Terraq; vernans, Ε<sup>Θ</sup> affatim aquafuens.  
Deniq; multarum rerum laudes recitare possum:

A 2

Verum

Verum adeo egregium visuq; pulcrum nihil est,  
Quād cūcarentes prole, cuius desiderio ma-  
ximē tenentur,  
Filiorum recens natorum domi lumen affi-  
ciunt.

Iterum in Hercule Furente:

αἰσ ἀρετήν εἰσι πεῖγμα τὸ γενέθλιον τοῦ πολέμου  
ων παιδες, οἷον Φίληρον ἄνδρας Φρενός.

Quād bona res est esse alicuius filii parentem!

O filii, quantum estis philtrum humanae menti!

At quo animo Dn. GERDES IUM nuncesse  
putatis, postquam Filiolo suo unico tām cito  
privatus & magnā de spe dejectus est? Patris  
certē nomen, sicuti ex se affectus est, ita quam-  
gignendo ostendit propensionem, eam refelle-  
re in tumulando non potest. Nequaquam no-  
bis placere gentilium rigor potest, qui ita tulisse  
suorum mortes commemorantur, ut eas planè  
ignoraverint; non exempla patientiæ, sed vel  
monstra quādam, vel ejus fabulæ. Rectius igit-  
tur faciet mæstissimus Pater, si naturam du-  
cem secutus, nihil à se alienum putabit, quod  
ex ipsa est, affectibus autem istam legem figet,  
quæ neutrò inclinare in ultima, in luctu præci-  
puè nec molliter & effeminatè, nec tamen fer-  
rā quadam vi; sed aureā istà mediocritate agi  
jubeat. Non enim ignorat, lacrymas ultra mo-  
dum

dum effusas ipsos etiam demortuos quodammodo indignari, quibus nostro illi enormi desiderio immortalitatem quasi invidere putamur. Dolet Ei, quod ætate adhuc tenellâ decesserit, id verò maximi ponderis est solatum. Lege eâ omnes nati sumus, ut exuere semel necesse sit mortale hoc corpus: nemo de tempore queratur, cum omni tempore in mortem ruamus. Est enim vivere nostrum non tam vivere, quam deficere: quia quot ætatis annos quisque habet, tot amisit. Vel errant potius, qui tot annos se habere autumant, ante quot in hanc lucem sunt editi. Et ubi sunt quæso tringinta illi aut quadraginta anni quos te habere dicas? præterierunt, & ne momentum quidem eorum amplius superat. At peccata illa, quæ tot annis commisisti, nisi seriam egeris pænitentiam, non præterierunt, sed vivunt adhuc in conspectu Dei, ubi omnes peccatores, quantumvis diutissimè vixerint, sunt mortui, & æternū morituri. O igitur beatos, qui, jam Christi membra facti, eâ ætate moriuntur, in qua displicere D E O nequeunt: qui stolâ justitiae induiti, sine ejusdem commaculatione, per mortis quasi vestibulum, felicitatis æternæ Regiam ingrediuntur. Hi sunt exemplar illud, cui conformari debent, quot

quot heredes DEI , coheredes autem Christi  
fieri cupiunt. Hi sunt quorum ex ipsius Ser-  
vatoris nostri sententia , est regnum cælorum,  
quod nemo ( eodem asserente ) intrabit , nisi  
ut puer acceperit. Hi denique sunt amicis-  
simi D E O homines , de quibus Sapientia  
docet , quod ipse festinet eos tollere de me-  
dio iniquitatis, quodq; eripiantur , ne malitia  
ingenium mutet, aut falsitas ac versutia corrum-  
pac indolem. In horum beatissimorum civium  
numerum receptus est etiam piè defunctus Pue-  
rulus, cui hoc die justa faciemus. Natus is Patre,  
quem diximus, viro præstantissimo DN. MAR-  
TINO GERDESIO, Cive ac Cerevisiario  
apud nos primario ac literato; Matre ANNA  
QUISTORPIA, fæminâ laudatissimâ. Avum  
paternum habuit prudentissimum doctissimū-  
que virum DN. WIENHOLDUM Gerdes/  
Reipub. hujus Senatorem quondam. gravissi-  
mum; aviam paternam EMERENTIAM Pren-  
gers/ matronam honestissimam Avus maternus  
ei fuit vir reverendæ dignationis atq; excellen-  
tium virtutum summæq; eruditioñis Dn. JOAN-  
NES QUISTORPIUS S. S. Theol. D. ejus-  
demque, dum in vivis esset, Professor Pub. Ro-  
stockiensium Ecclesiarum Ephorus ac Superat-  
tem-

tendens, de Ecclesiis & Academia optimè meritus quē quod parem nondū habet, impatientissimè desideramus; aviam maternām habuit BARBARAM Domanns/ matronam singularis exempli, cui ex animo precamur BENE SIT! Ipse anno supra millesimum sexcentesimum quadragesimo sexto d. IX. Augusti circa nonam vespertinam natus, postea Christo Servatori per sacram baptismi lavacrum addictus, & nuper d. IX. mensis vertentis, eadem horā quā ante triennium hanc lucem adspexerat, redditus est. Tam blandus puerulus in ipsa erat infantia, ut curas Parentum, quas sinisteritas temporis interdum creat, haud leviter abstergeret. Ita quoq; fuit educatus & ejus indolis specimina præbuit, ut ornamentum patriæ aliquando fore & parentes sibi certò promitterent, & nemo alias dubitaret. Sed Deo, à cuius nutu pendent, & in cuius manus sunt res omnes, aliter visum tuit. Cum ex distillatione vehementissima, cuncta jam, quæ humanus contigerant, perpessus esset elegantissimus Puellus, parentum suorum amor ac delicium, mortalem & miseram hanc vitam cum immortalī & beata commutavit. En brevem hominis ætatem & instar nubis transeuntem! En fallaces admodum & caducas spes nostras!

Nos

Nos quod est officij ac pietatis nostræ, faciamus, Academiæ Cives, atque humanitatem præstemus ijs, qui & affectu in nos & exemplo humani sunt. Quapropter convenire hodie ad exsequias, & ad eis frequentes. Ipsi bene valeat. P. P. d. XIII. Martij  
An. clc lsc L.

*Conventus fiet medio prima in ade  
B. Virginis sacrâ.*











tendens, de Ecclesiis & Academia  
tus quē quod parem nondū habet,  
mē desideramus; aviam maternam  
BARAM Domanns/matronam si-  
pli, cui ex animo precamur B E N  
anno supra millesimum sexcenti-  
dragesimo sexto d. IX. Augusti circ  
pertinam natus, postea Christo Se-  
crum baptismi lavacrum addicte  
IX mensis vertentis, eadem horā o-  
nium hanc lucem adspexerat, reddi-  
blandus puerulus in ipsa erat infa  
Parentum, quas sinisteritas tempe  
creat, haud leviter abstergeret.  
educatus & ejus indolis specimin  
ornamentum patriæ aliquando fo  
sibi certò promitterent, & nemo al  
Sed Deo, à cuius nutu pendent, &  
nu sunt res omnes, aliter visum tui  
stillatione vehementissima, cun&t a  
manitus contigerant, perpessus es  
mus Puellus, parentum suorum a  
um, mortalem & miseram hanc v  
mortali & beata commutavit. En  
nis & statem & instar nubis transeun  
ces admodum & caducas spes nost



teri-  
issi-  
AR-  
em-  
Ipse  
qua-  
ves-  
r sa-  
r d.  
ien-  
'am  
iras  
um  
fuit  
, ut  
ites  
ret.  
ma-  
de-  
hu-  
issi-  
lici-  
im-  
mi-  
lla-  
Nos